cessionis huiusmodi alia certa bona ecclesie ad estimacionem redditumam atque proventuum ipsius comitatus, videlicet nobile castellum Brufle cum suis pertinenciis et nonnullis aliis proventibus atque redditibus certis ad vite ductum eidem comiti assignatis; retentis duntaxat prefate comitisse quibusdam castellis et bonis pro suo dotalicio in dicto comitatu pro ipsius vite ductu. Idem quoque comes paucis postea superstes annis vita decessit, donacione quidem prefati comitatus ipsius obitu taliter confirmata.[a]

[a] Hic desinit l. 2 (hic tantum) (addens tantum nomina

Fredericus tertius.
Theodericus
Ropertus.
Hermannus.* Sed 2 ~~In margine~~.

[a] Hic deficit pars, quae [illegible] folio.

Italice margine: Fredericus tertius, sexagesimus etc. ut supra dictum.

CONTINUATIO

Fredericus tercius.

85. Sexagesimus numero accessit ad regimen coloniensis ecclesiae Fredericus tercius huius nominis, natus de comitatu nobilium de Zerwerden. Receptus est, et installatus cum magno cleri et populi gaudio et tripudio, sicuti habetur ad longum in precedenti folio. Prefuit ~~atque~~ autem idem venerabilis presul episcopatui annis ~~quadraginta quatuor~~ 44. Tandem post multarum virtutum patrocinium obiit anno Domini 1414, die ~~nono~~ 9. mensis aprilis, Sepultus in ecclesia coloniensi ante altare virginis Marie, in tumba valde sumptuose constructa ~~scilicet~~ et cetera.

Theodericus secundus.

86. Anno Domini 1414. ~~octavo~~ 8. Idus aprilis obiit dominus Fredericus archiepiscopus Coloniensis. Et die ad preficiendum coloniensi ecclesiae pastorem per capitulum eiusdem decreto adveniente, multi principes et nobiles interesserunt pro Domino Wilhelmo de Monte, electo paderburnensi, ut ipse postularetur. Et convenientibus paucis canonice ad locum capitularem, alii recedentes de ~~recedentes de~~ civitate